



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CCXIX. Leo X. Anno Christi 1513. Maximiliani Romanorum Regis 20.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65477)

CCXIX.

LEO X.

ANNO CHRISTI 1513.

MAXIMILIANI ROMANORUM  
REGIS 20.

LEONEM X. Florentinum gen-  
tis *Mediceæ*, cui *Joanni* antea no-  
men, annum ætatis agentem septi-  
mum à tricesimo, juniores præfer- Rayn. an.  
tim Cardinales V. Idus Martii, anno 1513. §.  
1513. in Pontificatu collocârunt. Is- 14. 15.  
que priusquam è Conclavi exiret, Petrum 18. 44.  
Bembum, & Jacobum Sadoletum, qui 68.  
Romæ tunc erant, sibi ab epistolis adsci- Spond.  
vit. (1) Pontificatu inito absolven- §. 3. 4.  
dum curavit Concilium Lateranense 10.  
inchoatum à decessore suo, duosque  
Cardinales ab eodem ob Pisanum  
Conventiculum & dignitate & Sa-  
cerdotiis summos restituit in gra-  
dum pristinum. Bohemos querentes,  
quod Sedes Apostolica non maneret  
in pactionibus cum Hussitis Basileæ  
conventus, invitavit ad Concilium,  
deditque Cardinali Strigoniensi nego-  
tium, ut illos, sublatis Hussiticæ hæ-  
reseos reliquiis, conciliaret cum Ro-  
mana Ecclesia. Eodem animi ardo-  
re

Rayn. an. re Legatos misit ad Moscos, & Ma-  
 1514. §. ronitas, ut illos quidem ab Græco-  
 65.87. rum schismate abduceret, hos verb  
 102.110. hortaretur ad abrogandos ritus  
 pravos, qui apud ipsos inoleverant  
 in rebus sacris. Abyssinis quoque er-  
 rores eripere studuit. Christianis

Rayn. an. novi Orbis Episcopos dedit. Idem  
 1517. §. edixit, eos, qui Sacrificio Missæ in-  
 113, teressent in Ecclesiis *Ordinum Mendicanti-  
 1519. §. cantium*, satisfacere Præcepto de Mis-  
 76. sa audienda diebus festis. (2) B.  
 Spond. Franciscum de Paula collocavit in  
 §. 2. concilio Sanctorum. Permisi Carolo V. Regi *Catholico*, quem Electores creaverant Regem Romanorum, ut simul cum Imperio Regnum Neapolitanum retineret, quod Pontificiâ verabatur lege. Super hæc Martinum Lutherum, errorésque ejus damnavit, jussitque libros eâ peste contaminatos comburi. (3) Henricum verò VIII. Angliæ Regem, quod luculentum opus contra ejusdem Lutheri insaniam edidisset, eximio *Defensoris* titulo decoravit. (4) Neque minus domi, quàm foris enituit Leonis virtus. Instaurata Romæ Academia, fovit studia bonarum artium.

Rayn. an. 1520. §. 53. 56. Spond. §. 5. Rayn. an. 1521. §. 54. 74. 108. 111. Spond. §. 5. 10.

In Vaticanæ Basilicæ constructionem incubuit enixè. Lavacrum Constantini Lateranense restituit, ac publica ædificia alia refecit, ornavitque sumptu magno. Periiit morte inopinâ non finè suspicione veneni, anno 1521. Kal. Decembr. cùm paulò antè ingenti lætitiâ affectus esset, Parmâ ac Placentiâ receptis, Mediolanòque Gallis erepto, & Francisco Sfortiæ, uti convenerat, à Carolo V. Rege attributo. Confecit in Pontificatu *annos ac menses octo, diésque viginti.*

## ANNOTATIONES.

(1) Petrus Bembus extremo libro 12. Historiæ Rerum Venetarum pag. 337.

(2) Constitutione 25. §. 2. tom 1. Bullarii pag. 597.

(3) Lutherus anno 1483. Islebii Urbis Comitum Mansfeldensium in Thuringia, seu, ut aliis placet, in Saxonia superiore infimo loco natus est. Fulminis icu, quo tantùm non absumptus est, perterritus annum agens secundum & vicelimum nomen dedit Ordini Eremitarum S. Augustini. Anno 1517. *Indulgentias* cœpit oppugnare, suosque errores docere. Anno 1525. cucullo abjecto, nuptias celebravit cum Catharina Virgine Deo sacra, trësque ex ea liberos suscepit. Anno 1546. XIII. Kal. Martii miseram

miseram animam efflavit, cum vesper<sup>is</sup>  
bene potus cubitum isset, neque crapulam  
edormire potuisset.

Ejus errores præcipui, hominem justificari fide solâ : liberum arbitrium perire per peccatum : Pontificem esse Antichristum : in Eucharistia remanere substantiam panis cum Corpore Christi : *Indulgentias* nihil prodesse : non esse Purgatorium : per Sacramenta non dari gratiam : peccata, dum remittuntur, non deleri, sed non imputari : & hujusmodi, quorum capita aliqua, unum videlicet & quadraginta recenset ac damnat Leo X. Constitutione *Exsurge Domine* 40. tom. 1. Bullarii, & apud Raynaldum ad an. 1510. §. 53.

(4) Henricus VIII. librum edidit *De septem Sacramentis*, pietatis juxta, atque eruditionis refertum : opposuitque Lutheri libro *De captivitate Babylonica*, & per Oratorem suum Romæ degentem Leoni X. obtulit hoc disticho.

*Anglorum Rex Henricus, Leo decimo,  
mittit*

*Hoc opus, & fidei testem & amicitie.  
Cum autem conspiceret Leo, ut ait Ciaccorius in ejus vita, à Luthero primam damnatas esse Indulgentias, concessit legentibus librum Henrici Regis decem annorum & decem quadragenarum Indulgentiam.*

Idem

Idem Ciaconius in vita Joannis Card. Fischerii in Paulo III. tom. 3. pag. 576. Omitto hic recensere volumen De septem Sacramentis contra Lutherum scriptum, quod sub Regis nomine prodit: incertumque est, cujusnam sit, Roffensisne, an Regis ipsius Henrici, cum multi Roffensem ejus operis si non auctorem, certe adiutorem fuisse autument.

CCXX.

## HADRIANUS. VI.

ANNO CHRISTI 1522.

CAROLI V. ROMANORUM  
REGIS. 4.

**H**ADRIANUS VI. Batavus Trajecti tenui loco natus, cum & vitæ sanctimoniâ & doctrinâ unus omnium maximè floreret, summo Rayn. an. 1522. §. 1  
consensu, absens licet & in Hispania 4. 8. 11.  
degens, Cardinalium plerisque ne de 17. 65.  
facie quidem notus, anno 1522. V. 75. 100  
Idus Januar. in Pontificale fastigium Spond.  
profectus est. (1) Romam perve- §. 1, 2, 13  
nit III. Kal. Septembr. maritimo iti-  
nere, coronatus die Dominico pri-  
die Kal. mensis ejusdem, haud magnâ  
populi